
Incipit liber porfirii

Cum sit necessarium grisarori et ad eam
que est apud aristotilem predicamentorum doctri-
nam nosse quid sit genus et quid species et quid differentia
et quid proprium et quid accidens et ad diffinitionum
omnium assignationem et omnino ad ea que in divi-
sione vel in demonstratione sunt utili istarum
rerum speculatione compendiosam tibi traditionem faciens temptabo
breviter velut introductionis modo ea que ab antiquis dicta sunt
aggredi. Ab altioribus quidem questionibus abstinens simpliciores vero
non mediocriter coniectans. Mox de generibus et speciebus illud quidem
sive subsistunt sive in solis nudis purisque intellectibus posita sunt sive
subsistencia corporalia sint an incorporalia et utrum
separata a sensibilibus aut in sensibilibus posita et cir-
ca ea constantia dicere recusabo. Altissimum enim est huiusmodi nego-
cium et maioris egens inquisitionis. Illud vero quemadmodum de
his ac de propositis probabiliter antiqui tractaverint et horum ma-
xime peripatetici tibi nunc temptabo monstrare.

Videtur autem neque genus neque species simpliciter dici. Genus enim dici-
tur et aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid et ad se
invicem collectio, secundum quam significationem Romanorum dici-
tur genus ab unius scilicet habitudine, dico autem Romuli,
et multitudo habentium aliquo modo ad se invicem eam que ab illo est
cognationem, secundum quam divisam ab aliis generibus dicitur. Dicitur autem
aliter rursus genus quod est uniuscuiusque generationis principium vel ab eo
qui genuit vel a loco in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem a
Tantalo habere genus dicimus, Hillum autem ab Hercule, et rursus Pindarum
quidem Thebanum esse genere dicimus, Platonem vero Atheniensem, etenim patria princi-
pium est uniuscuiusque generationis quemadmodum et pater. Hec autem vi-
detur promptissima esse significatio. Romani enim sunt qui ex ge-
nere descendunt Romuli, et Cecropide qui a Cecrope et horum pro-
ximi [illegible]

sive subsistant



interemptio non aufert rationale cum sit differentia. Amplius differentia quidem componitur cum differentia. rationale enim et mortale componitur in constitutionem hominis; ista hominis species non species non componitur ut generet alia aliquam speciem. quidem equa cuidam asino permiscetur ad muli generationem, equina vero simpliciter asino nunquam conveniens perficiet mulum. alia


Differentia vero et proprium commune quidem habent equaliter participari ab his que eorum participant. Equaliter enim rationalia sunt et risibilia risibilia sunt, et semper et omni adesse commune utrisque est. Sive enim curtetur qui est bipes non secundum hoc perimitur, sed ad id quod aptum natum est semper dicitur, quoniam et risibile ad id quod natum est semper dicitur non quod semper


Proprium autem differentie rideat.

Est quoniam hec quidem de pluribus speciebus dicitur sepe ut rationale de homine et deo, proprium vero in una sola specie est cuius est proprium. Et differentia quidem illis est consequens quorum est differentia, sed non convertitur; propria vero conversim predicantur de his quorum sunt propria.

Differentie autem et accidenti commune quidem est de pluribus dici. Commune vero est ad ea que sunt inseparabilia accidentia semper adesse et omnibus: bipes enim semper adest omnibus corvis, et nigrum esse similiter.

Differunt autem quoniam differentia quidem continet et non continetur; continet enim rationale hominem. Accidentia vero quodammodo continent eo quod in pluribus sunt, quodammodo continentur vero eo quod non unius accidentis susceptibilia sunt subiecta sed plurimorum. Et differentia quidem inintensibilis et inremissibilis, accidentia vero magis et minus recipiunt. Et impermixte sunt quidem differentie, contrarie mixta vero omnia accidentia. Huiusmodi quidem communiones et proprietates differentie et ceterorum sunt. Species vero quidem quo differat a genere et differentia dictum est in eo quod dicebamus quo genus differret a ceteris et quo differentia differret a ceteris.





pulentur sed una quaedam diuisa est et se ipsam. linea uero continuum
est. est enim sumere communem terminum ad quem particule eius co
pulentur. punctum. et superficiei lineam. plani namque particule.
ad quendam communem terminum copulantur. similiter autem et in corpore
poteris sumere communem terminum superficiem aliquam que corporis parti
culas copulat. est autem talium et tempus et locus. presens enim tempus co
pulatur et ad preteritum et ad futurum. rursus locus continuorum est.

optinent que particule — locum enim quendam corporis particule ad quendam communem ter
minum copulant. ergo et loci particule que optinent singulas corporis p
articulas ad eundem terminum copulantur ad quem et corporis par

coniungunt — ticule. quare et continuus erit locus. ad unum enim communem ter
minum eius particule continuantur. amplius autem alia quidem constant ex p

alia que ex non habentibus — articulis que in eis sunt positionem ad se inuicem habentibus positionem ut linee
quidem particule positionem habent ad se inuicem. singulum namque eorum
situm est alicubi. et habes unde sumas et assignes unumquodque ubi situm
est in plano et ad quam particulam ceterarum copulentur. similiter autem
et particule plani positionem habent quandam. similiter namque bene
dicitur unumquodque ubi iacet. et que copulentur ad se inuicem. itemque et
solidi et loci. in numero autem ... aliqua particule ad se inuicem constituant.

... in numero ... nec habeat ad inuicem aliquam positionem. — ... que sunt temporis. nihil enim permanet particule temporis.
quod autem non est permanens quomodo positionem aliquam habebit. magis
quendam ordinem particulas dices habere. idcirco ut aliud qui
dem prius sit temporis. aliud uero posterius. sic et in numero similiter.
prius numeratur unus quam duo. et duo quam tres. et ita quendam
ordinem habent. positionem uero non multum percipies. et oratio similiter.
nihil enim permanet particule eius. sed dictum est et non est postea amplius sumere.
quare non erit positio nulla particularum eius. siquidem nulla
permanet. alia itaque constant ex particulis que in eis sunt
positionem habentibus ad se inuicem. alia autem ex non habentibus positionem.
Proprie autem quantitates hec sole sunt quas dixi. alia uero o
mnia per accidens. ad hec enim aspicientes alias dicimus quantitates

ut multum dixi


inest ut deprecatio, sed neque vera neque falsa. Et cetere quidem
relinquantur: rhetorice enim vel poetice convenientior consideratio est;
enuntiativa vero presentis est speculationis.
Est autem una prima oratio enuntiativa affirmatio, de-
inde negatio; alie vero coniunctione une. Necesse est autem omnem enun-
tiativam orationem ex verbo esse vel ex casu verbi. Et enim hominis ratio,
si non est aut fuit aut erit aut aliquid huiusmodi addatur, non-
dum est oratio enuntiativa. Quare autem unum quiddam est et non
multa animal gressibile bipes, non est in eo quod prope dicuntur
unum erit: est alterius hoc tractare negotii. Est autem una
oratio enuntiativa que unum significat de uno vel coniunctione
una, plures autem que plura et non unum vel inconiuncte. Nomen
ergo et verbum dictio sit sola, quoniam non est dicere sic aliquid
significantem voce enuntiare vel aliquo interrogante vel non
sed ipsum proferentem. Harum autem hec quidem simplex est enuntiatio,
ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo, hec autem ex his
coniuncta velud oratio quedam iam composita. Est autem simplex enun-
tiatio vox significativa de eo quod est aliquid vel non est,
quemadmodum divisa sunt tempora. Affirmatio vero est enuntia-
tio alicuius de aliquo, negatio vero est enuntiatio alicuius ab
aliquo. Quoniam autem est enuntiare et quod est esse et quod non
est esse et quod est non esse, et circa ea que sunt extra presens tempora, simili-
ter omne contingit quod quis affirmaverit negare et quod quis nega-
verit affirmare. Quare manifestum est quoniam omni affir-
mationi negatio est opposita et omni negationi affirmatio. Et
sit hoc contradictio affirmatio et negatio opposite. Dico autem op-
poni eiusdem de eodem, non autem equivoce et quecumque cetera ta-
lium determinamus contra sophisticas importu-
nitates. Quoniam autem sunt rerum hec quidem universalia, illa
vero singularia. Dico autem universale quod de pluribus aptum na-
tum est predicari, singulare autem quod non, ut homo quidem universale


[illegible]


[illegible]


Finit ars finit [illegible]

Quod nunc [illegible]









rum ae lac ouium cum adipe agno rum ae

ri e tum Super S Ioh

nulla. Abiit ihc trans mare gali
lee q e tyb iadis. et sequebat eum
multitudo magna. gaudebant
... signa que faciebant sup
his qui infirmabant. Subiit g
in monte ihs. et ibi sedebat cum
discipulis suis. Erat aut pxim pasca
die festus iudeor. Cum suble
uass g oculos ihs. et uidiss qa
multitudo maxima uenit ad eu.
dix ad phylippu. Vn emem
panes ut manducent hii. hoc
aut dicebant teptans eum. R ei
phylipp. Ducentor denarior
panes non sufficiunt eis. ut un
quis...
Dicit ei unus ex discipulis eius. An

fecerat signu dicebant. Quia hic e ue
ppha qui uenturus e in mundu. Laud

A Tunc acceptabis sacrificium iustitie si auerteris
faci em tuam a peccatis meis ae A Bonum est
sperare in domino. quam sperare in prin cipibus
ae A Benedicat nos deus deus noster ae A Potens
es domi ne eripere nos de manu mortis libe rare
nos deus no ster ae A Reges terre et omnes
Lec Septim est
populi lau date deum ae R

A facie ...

quid nec coctum aqua.
sed assum tantum igni.
Caput cum pedibus eius et
intestinis uorabitis. nec
remanebit ex eo quicquam
usque mane. Si quid residu
um fuerit igne combure
tis. Sic autem comedetis illum.
renes uestros accingetis. cal
ciamenta habebitis in pe
dibus tenentes baculos in
manibus. et comedetis festi
nantes. Est enim phase.
id est transitus domini; TR.
E Ripe me domine ab homine malo
a uiro iniquo libera me. V. Qui cogi
tauerunt malitias in corde tota die
[illegible]
linguas suas sicut serpentes uenenu[illegible]

[illegible] capite[illegible]
[illegible] labor labiorum ipsorum operiet
eos. V. Verumptamen iusti confitebun
tur nomini tuo et habitabunt recti cum
uultu tuo. Passio domini nostri
ihesu christi secundum iohannem
IN ILL TR
c. Egressus est
dominus ihesus cum disci
pulis suis transtor
rentem cedron ubi
erat ortus. in quem
introiuit ipse et di
scipuli eius. Sciebat
autem et iudas qui tra
debat eum locum.
quia frequenter ihesus
[illegible]
discipulis suis. Iudas